FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Philipp Heinrich Lundig.

Lundig, Philipp Heinrich

Halle (Saale), 29.03.1708

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-209428

Visual Library

Philippus Henricus Lundius Ao Chri-
sti CIↃIↃCLXXXIV. Augustenburgi,
quod est Castellum in insula Al-
senia, a Duce, qui ibi in arce
habitat, exstructum; natus, Patrem
habuit Johannem Christianum
Lundium, Matrem Catharinam
Magdalenam. Quorum cura per
baptismum Ecclesiae Christi ut
membrum, sum incorporatus.
In teneris annis proba educa-
tione et Ludimagistri hujus loci
informatione fidelissima gavisus
sum. Circa octavum annum
Vitae periculo me eripuit Deus
omnipotens. prolapsus enim eram
in amnem, ex quo amicus clamo-
re meo vocatus, me protraxit.
Circa nonum annum Pater, qui
Pistor aulicus erat, locum muta-
vit, Sonderburgum, urbem hujus
insulae maritimam, profectus.
Ubi in numerum civium rece-
ptus est. Qui scholae hujus urbis
me commisit Praeceptoribus. In
aetatis decimo tristis mihi acci-
dit casus ita ut e navi. in mare

Franckesche Stiftungen zu Halle

inciderem, sed funis nautica quasi e,
regione fuit, quo, periculo, clamore facto,
naucleri alacritate, ereptus sum;
ita tamen, ut exinde fracturam cor-
poris periculosissimam acceperim,
incertus, num adhuc plene sit curata.
Non ita multo post, Pater mor-
tem obiit, cui me, Deo sic diri-
gente, studiis operam dare, voluit,
partim quia corporis vires non
permittebant, opificium discere,
partim, quia Avus meus, Philippus
Lundius, officium Pastorale susti-
nuerat. Unde post obitum, Patris,
mater, vidua, quia scholae status
nostrae erat corruptissimus, me As-
sensiam, urbem, insulae Fioniae ma-
ritimam, misit, ut Collegae cujusdam
hujus urbis scholae, matrisque cognati,
informationi fruerer. Cum autem
hic anno sequenti ad officium
pastorale vocaretur, et scholae
nostrae Rector efficeretur novus,
ut Pater curae mihi a Patre
coelesti daretur, domum rediens

Viri Hujus, Petri Laurentzii in-
formatione ad annos Academi-
cos usque usque sum. Interea tem-
poris infelici lapsu brachium
confregi, nec multo post lethali
morbo laboravi, sed salvum ex
hisce me eripuit Dominus. Cum
jam tempus accederet Acade-
miam visendi, Wittebergam
cum tribus commilitonibus profi-
cisci constitueram, sed Mag-
deburgi, cum de pravatos Stu-
diosorum hujus Academiae, praesertim
Rationalismi, mores audirem,
animum mutavi, et cum uno,
inter tres amicos, optimo, Lipsiam
profectus sum. Sed cum hic Pro-
fessorum oculi ~~ad~~ quaerebant
~~nam~~ salutem, mihique deessent num-
mi, in sollicitudinem animique distra-
ctionem ita noxiam incidi, ut, neque
facultas meditandi adesset, sed o-
mnis consilii expers miser et er-
rabundus per multum temporis spa-

tium vagarer. Demum studiosus, et hic commensalis, me invitavit, ut cum ipso Halam iter facerem, quod feci. Accidit a: ut sequenti die virum Celeberrimum Mag: Widleben in Orphanotropheo hoc dictum audirem proponentem: Qui Deum timet, is demum recta semita incedit, veritate a: ita sum convictus, ut sentirem, me a Deo, ex Aegypto vocatum ēē. Unde decrevi hic studia prosequi. Amicus a: Lipsiae relictus, nolens mecum, iratus Wittebergam profectus, miserrimis modis sibi vitam amisit, me autem salvum, licet sub cruce constitutum, sistit Dominus. Nam dolor iste animi desperandus inter labores dire poenitentiales ita continuabat, ut nec dies nec noctes quietem invenirem, adeo ut vires corporis ita deficerent, ut nec spes valetudinis mihi superesset,

Unde totis fibris et medullis Deum
quaerere compellebar. Qui in
suo tempore se inveniri passus,
velamen aliquod removit, ut
agnoscerem aliquod miseriae, exin-
de tristis ac tentatus, manum
Dei sentiens gravem, malis, me
ipsum liberare volui, Genevam[?]
profectus, cum perdito filio, perdi-
di omnia, licet species adesset
ad Bot[?] valetudinis gratia fieri.
Redeuntem ac ferme desperan-
tem non diu voluit errare
Pater coelestis, sed mihi, liberato
a dolore, blandam crucem immi-
sit, tumorem in pede glandulorum in-
flammatum, cujus beneficio et cor-
poris magnis infirmitatibus e libe-
ratum. accedentibus a: beneficiis
in externis, ut mihi, incluso, afferen-
tur cibus, et potus, et pecunia,
quasi manibus palpavi, Deum
non velle mortem, sed vitam.
Unde sitiens et esuriens, quam

vis

Franckesche Stiftungen zu Halle

peccator indignus, gratia ipsius usque
sum Gouvernichte, sub spiritu meo, + pro-
parantem ac operantem mox
ingressurum in Palaestina, in-
[illegible], quia nondum ἐκκολίαν,
maximum unionis mysticae im-
pedimentum, agnoveram, per
crucem internam (seu consensum in
peccatum, permissum). (Typus est in
captivitate babylonica, acce-
dentibus serpentibus igneis, Num.
XXI. 6.7. seqq., ita tamen ut aliquid fidei
remaneret, Luc. XXII. 31.32.) ad
cujus agnitionem perducere voluit
caelestis Pater! Sub hoc pondere
simulac detestatus sum hunc
proprium amorem, Luciferis
imaginem, quibus divitiis agni-
tionis Jesu Christi in me
redundavit aeterna bonitas.
Sed adhuc ut δέσμιος ἐν κυρίῳ
ἀγωνίζων, ergo transitum in
Regnum amoris. Quem

ßelydais caroretz Princeps Vitæ
Jesus Christus. ut deinde in
vera humilitate, quam vo-
luit jugum illud paternum a
juventute, in Christi et
proximi amore sincero,
imotz crescam ad consumma-
tionem usq. Illi Domino
ac Deo nostro sit cum
Patre et Spiritu Sancto laus
et gloria in secula secu-
lorum amen. Tempus,
impendi studiis et negotio huic san-
ctissimo ... biennium et semestre
in hoc semestri beneficium in
Orphanotropheo mihi obtigit
magnum, ut in numerum
Commensalium sim receptus, pro
quo beneficio Tibi Domine
Jesu mi, gratias ago, Tu
velis compensare, [illegible] ego
non potui.

Tibi vivo, Tibi morior, Tibique
resurgam. Christe Servator.

dabam in museo Aō 1708 die 29 Martij. Halis Venedorum volante calamo.

Joh. Phil. Kaufmannus, primam hujus mundi lucem aspexit, Anno. 1686 Mens. Febr. Sinshemii quod oppidum est in Palatinatu inferiori prope Heidelbergam situm, natus Patre Joh. Bernhardo Kaufmanno, cive ac lanio praedicti oppidi, matre Elisabetha Voltzin, qui amantissimi parentes quam diu divina fert voluntas adhuc sunt in vivis. Annis undecim completis a Parentibus missus sum in Gymnasium quod Oringae est Hoenloicum animum ad studia ut applicarem, ibique sex ac dimidium annum sub fidorum Praeceptorum informatione sum commoratus, et inprimis Rectoris Mag. Leonhardi Lentii excerrima alios erudiendi ratione per biennium et quod excurrit usus sum, cujus ductu amantissimoque hortatu in id incubui, quo animum una cum Philologicis, in litteratura elegantiori expolitum redderem, Praeceptorisque praecepta non tam audienda quam quoad ejus fieri potuit imitatione exprimenda putavi. Quo nomine curta suppellectile parentum jubente superiora Musarum domicilia petere mecum constituens, Praeceptorum suffragium tuli. Ac primum quidem oblata a quodam in Patria Nobili informatione in Academia